11 Secundo casu à fortiori, quoniam maioratus non datur nepotibus existentibus filiis,

*Faber, Dec. & alij , quos adducit Mieres de maioratu quæst. 15. num. 83. in nouissima impressione, in prima par.*

12 Maioratus enim (vt ex *Pinello*, & alijs inquit *Rosental. de feudis cap. 1. cancell. 11. num. 2. in gloss. lit. E*) nihil aliud est, quam res testamēto , vel alijs familie, & descendētibus perpetuō sub certis conditionibus relieta, nimiriū maioratus , 13 seu primogenitura cōstituitur, vt agnatio, dominus , vel familia cōseruetur, *Preposit. in cap. ius naturale, colum. 3. prima distinct. Aguir. de success. Regn. Portugal. par. 3. nu. 64.* Reipublicæ enim interest familias diuites conseruari, *l. prima, §. denunciare, ff. de ventr. insp. l. super. statu, C. de questionib. Aretin. & Nauas*, quos adducit *Aguir. ubi sup.*

14 Hinc per totam Italiām præsertim in Regno

# Responsum Secundum. 3

gno nostro statutū est,  
vt extantibus masculis  
foeminæ non succedāt,  
vt in *Constit. Regni In-*  
*aliquibus*, copiosè Bru-  
nus in trac. de statutis ex-  
cludentibus feminas , art.  
3. *Aguir.* in d. num. 64.

Augetur considera-  
15 tio , testatoris disposi-  
tio, vel alterius, qui mai-  
oratum constituit , in-  
terpretationem à iure;  
& cōsuetudine atque à  
rei, de qua agitur, natu-  
ra recipit , *l.librorum*, §.  
*quod tamen Caius, & l.*  
*nummis, ff. de legat. 3. l.*  
*Caius ubi Bart. num. 7. &*  
*aliij ff solut. matrim. Cla-*  
*rurus, Mantica, Peregr. &*  
*plures, quos in maiora-*  
*tus materia adducit Ca-*  
*stell. in lib. 2. controuerf.*  
*cap. 26. num. 37. Anton.*  
*de Padilla in rubr. de fi-*  
16 *deicom.num. 11. sed na-*  
*tura maioratus est, vt*  
*primogenitus præfera-*  
*tur secundo, & masculi*  
*præferantur foeminas,*  
*vt benè probat Mieres*

*in prima par. de maiora-*  
*tu, q. 48. n. 20. in prima*  
*impressione, Castell. in d.c.*  
*26. n. 39. egregiè Couar.*  
*in lib. 3. var. resolut. cap.*  
*5. à num. 1. Igitur dum*  
*in maioratu familia cō-*  
*stituentis cōtemplatur*  
*illud cōmune axioma*  
*succedit, vt quādo plu-*  
*res indissimilitudines, vel col-*  
*lectio nomine sint vo-*  
17 *cati, vt puta familia,*  
*cognatio, consanguini-*  
*tas, liberi posteriores,*  
*aut descendentes, ita*  
*acciendum erit, pro-*  
*ximorem primo loco*  
*esse admittendum, &*  
*eo cessante, proximio-*  
*res admittuntur, singu-*  
*lariter probatur in *l. ca-**  
*ita, §. in fideicommisso, ff.*  
*de legat. 2. ubi Bart. num.*  
*3. Bald. num. 4. Imol. nu-*  
*3. & aliij, quos adducit*  
**Aguir.* in sup. alleg. respon-*  
*so par. prima num. 4.*

Sexto, in dubio pre-  
sumitur cōtrahentem ,  
vel testatorem voluif-  
18 se , atque dispositisse,  
quod

## 32 Io: Dominici Cofcia

quod verisimiliter statuisset, vel respōdisset, si fuisset interrogatus; glos. in d. l. tale pacrum, s. pater, quam glos. doctrinam communiter sequuntur ibi DD. & Castell. lib. 4. quotidian. controversial. cap. 12. num. 2. sexaginta quatuor congerit Doctores, qui glo. doctrinam sequuntur, cuius glossa assumptum vindicat sibi locum in quacūque dispositione, nulla excepta, nimirum in cōtractibus testamētis, in materia feudali inforatus, & in omnibus actibus, Bal. in l. prima, C. quæ res pignor. obligar. poſſ. Tiraq. alios cumulans in d. l. si unquam, in prefationibus, num. 56. Aldobrand. in conf. 29 num. 31. & conf. 30. in princip. magis in specie Surdus in conf. 88 num. 15. & Castell. paulo ante allegatus cap. 12. num. 4. in medio, sed nuli dubiū est, vt si Prin-

ceps Cēsar fuisset interrogatus, an in matrimonio contrahendo cum filia, Don Ioannes præferretur, quod ita respondisset, vt ipsemet se declarauit, & interpretauit in contractu deinde inhibito in anno 1632. vt ex inferius dicendis apparebit.

Septimō, Princeps Cēsar in conuentione inhita inter ipsum Dοp. Ioannem, & reliquos fratres, mandauit, vt illa dispositio ad consiliū sapientis interpretaretur, & extenderetur, vt in dicta trāsactione legitur, sed quando quis in sua dispositione ad consilium sapientis se remittit, ea remittere 19 videtur, quæ in iure versantur, & tacitè sub expressis ex natura actus continentur, glos. in l. si mandato Tity, s. final. in fine, ff. mandati, Bald. in l. capiotorias, in 5. opposit. & ibi Salicetus, C. de militar.

# Responsum Secundum. 33

- militar. testam. Ripa in l.  
si unquam, in ult. quæst.  
C. de reuocand. donat. Cæ-  
phal. in cons. 88. vol. 1. nu.  
16. Mieres de maioratu  
par. prima, quæst. 48. nu.  
295. in nouissima impres-  
sione, ego ipse in amicibili  
responso, num. 69. sed da-  
to, Don Ioānem ipsum  
deinde expressè à Prin-  
cipe Cæsare non fuisse  
vocatum, cùm tacitè in  
prima dispositione cō-  
prehensus intelligeba-  
tur, sapiens ipse hoc ex-  
primere poterat, à for-  
tiori, & ipsemēt Prin-  
ceps, qui se ipsum cla-  
rè declarauit in transa-  
ctione inhita in anno  
20 1632. absurdum enim  
videtur, vt quis per aliū  
possit mentem suam  
declarare, & nō per se,  
l. neque per se, de acquir.  
beredit.
- 31 Hinc dixit Bald. in cōf.  
407. vol. 1. nullū esse me  
liorem glossatōrē, quā  
ipsumēt disponentē,  
& alijs plures hoc idem

- affirmant, quos adducit  
Casanat. conf. 15. num. 7.  
Prof. Galeota in lib. prim.  
controvers. cap. 31. nu. 32.  
& lib. 2. cap. 17. num. 19.  
22 Octauo, disponens se  
conformare videtur cū  
successione ab intestato-  
to, nimirum illud pre-  
sumitur voluisse, vt in  
sua dispositione facta  
inter cōsanguineos ser-  
uetur, quod ex disposi-  
tione legis ab intestato  
seruatur, Bart. in l. heret-  
des mei, §. cum ita, ubi So-  
cin. num. 20. vers. secunda  
conclusio, ff. ad Trebell.  
Surd. in decis. 272. nu. 9.  
Caldas de nominat. em-  
phyteut. quæst. 10. num. 3.  
Burgos in cons. 29. nu. 10.  
& plures alijs, quos re-  
censet, & sequitur Mies-  
res in initio secunda par-  
tis, num. 204. de maiorat:  
in nouiss. impress. Ratio  
assignari potest, quoniā  
disponens semper vel-  
23 le presumitur secundū  
ordinem, & legis dispo-  
sitionem suam volun-

E ta-

### 34 Io: Dominici Cofcja

tatem interpretari, l. *ff. duo*, *ff. de acquir. bared*, quem *sex.* singularem appellat *Rebuff.* in *l. vniſc.* *in gloſ. præferuntur, num.*  
21. *C. de ſentent.* pro eo, quod intereſt, ſed ſecundum ordinem ab interſtato in ſucceſſione de qua agitur, primo Don Ioannes vocatur, quam alij ab eo deſcēdentes, igitur

9. Don Ioannes in fidei-commiſſo, ſeu primo-genitura, de qua traſta-tur, cauſam onerosam habet, dum propter ſpē ipſam magnam portio-nem, quæ ipſi in ſucceſſione Principis Caroli patris ſpectabat remiſſit, et de portione ſibi aſſignata in transactio-

24ne ſe adſtrinxit, ut ultra viginti mille aureos teſtando diſponere non poſſit; Alij verò Domini de Aquino in primo-genitura vocātur, cauſam lucratiuam habēt, ut ex lectura conuen-

tionis, & maiora tūs inſtitutionis apparet, igi-tur ipſe omnibus alijs in matrimonio, & in fi-deicōmiſſo, ſeu primo-genitura præferendus eſt, veniens etenim ex cauſa onerosa præfertur omnibus alijs, & ſi priuilegiati ſint, ex cauſa lucratiuā venientibus, l. prima, *C. penis fijcalibus* creditore præferriliſ. 10.

25 ratiō aſſignatur, quo-niam diuersa ſunt damnum pati, & lucrum nō, conſequi, l. final. *C. de codicilliſ*, l. Paulus, vbi abunde *gloſſa ff. de dam. infecſt.*

Decimo, aliud ſuffra-gatur, in primogenitu-ar primogeniti, & vo-cati ſuccelluē in inſini-tum vo-cati vidētur ad exclusionē ſecundi ter-tij, & aliorum genito-rum, in ſumma vbi pri-mogenituræ iure ſuc-ceditur, tot ſunt lineæ, quoſ ſunt fratreſ, vel consanguinei in ea vo-cati,

# Responsum Secundum. 35

cati, nimirum primus  
frater, primam lineam  
constituit, secundus se-  
cundam, tertius tertiam,  
& sic de singulis, & quā-  
diū adest primus frater,  
aut eius descendentes,  
secundus, & eius descē-  
dentes non succedunt,  
& sic de alijs, magistra-  
liter docet *Paulus de*  
*Castro in cons. 164. à nu.*  
*4. vol. 2. Abbas in cons. 85*  
*par. prima, alios adducit*  
*Molina de primogenitura*  
*cap. 6. à num. 30. nouissi-*  
*mè Dom. Praesidens Vrsi-*  
*nus de successione feudi*  
*par. 2. quest. 4. art. 11. nu.*  
*30. Dom. Praes. Galeot. in*  
*lib. 1. controvers. cap. 48.*  
*num. 4. Gaspar Thesaur.*  
*in lib. 1. quest. forens. cap.*  
*34. à num. 8. confirmant*  
*hoc ex textu in d. l. cum*  
*ita, §. in fideicommisso, &*  
*in auth. hoc amplius, C. de*  
*fideicom.*

27 Hinc receptissima  
DD. sētētia, est filio pri-  
mogenito defuncto, ip-  
sius filium patrum se-

cundogenitum ætatem  
maiorē excludere ori-  
ginaliter, Bart. in auth.  
hoc inter fratres, C. de le-  
gitimis hæred. ex feudis  
Isernia in cap. 1. §. queque  
de success. feud. num. 10.  
ita in omnibus orbis  
tribunalibus fuisse de-  
cisum testatur *Borrellus*  
*in summa decisionū par.*  
*prima, in tit. de feudis à*  
*num. 457. usque ad num.*  
*477. quo in loco om-*  
*nes antiquos, & recen-*  
*tiores coaceruādo plus*  
*quam cētum quinq uan-*  
*ginta authores hāc opi-*  
*nionem sequentes ad-*  
*ducit.*

28 Sunt etiam DD. in  
hac sententia, vt si for-  
tē in testamēto, vel alio  
modo maioratus sit cō-  
stitutus pro masculis, &  
fœminis, in tantū sem-  
per masculi fœminis  
præferūtur, vt si fœmi-  
næ in vltima linea pri-  
mogeniti reperiantur,  
qui fuit admissus ad pri-  
mogenituram, masculū

### 36 Io: Dominici Cofcja

alterius linea excludat,  
Surd. in conf. 407. num. 7.  
plures adducens, latè  
Gaspar. Tbesaur. in lib. 2.  
quaest. forens. quaest. 12.  
Burgos de Paz in d. conf.  
29. num. 41.

Immo, & quod magis est, & si in casu proposito extarent filii D. Ioannis, & ab ipsis esset incepta primogenitura, ipsis deinde deficiētibus, & alijs ab ipsa linea non existētibus, nō ad alios secundæ linea primogenitura transit, sed ad ipsum D. Ioannē reuerteretur, quoniam ipse de primo gradu primæ linea est, vt sentire videtur Anton. Gama in decis. 94. adduci potest sex. in l. final. C. de usufructu, vbi si usufructus patris contēplatione sit relictus filio defūcto, usufructus nō extinguitur, sed ad patrem reuertitur, idē disponitur in l. quod scis, C. de bonis qua liberis,

vbi donās mortuo donatario, iure reuersonis ad rem donatā admittitur, ex quo sex. cōclūdūt Doctores, quod mortuo filio, cui à patre feudum fuit refutatum ad patrem superstitem feudum reuertitur, vt cum Andrea, & alijs probat Ann. in cap. 1. à num. 310. de vasallo decrep. etat. Francus in decis. 3. sit. 591. si hoc est Don Ioannes ipse est primo vocatus, & ipse de linea, imo origine linea; Alios vltiores excludit, alioquin esset interuertere ordinem à primo fundatore expressū, quod nullo modo permittitur, immo, vt neque à Principe fieri valeat per dispensationem, vt cum Craueria, Surd. Couarr. Vasqu. Menoch. & pluribus alijs benè probat Gaspar Tbesaur. in lib. 1. quaest. foren. quaest. 34. num. 9. 11. & 12.

Vn:

# R esponsum Secundum. 37

Vndeциmo, si Princ  
eps Cæsar in fideicom  
missio, seu maioratu fi  
lios Don Ioannis voca  
uerit, non per hoc Don  
Ioannem ipsum exclu  
sit, quoniam in tantum  
filios vocasse videtur,  
in quantum pater ipso  
rum filiorum ad matri  
monium contrahendū  
habilis non esset. Con  
firmari potest hoc ex  
optima Isernia doctrina  
in cap. 1. num. 6. vers. & si  
statutum Ciuitatis, de  
natura successoris feudi,  
inquit ibi Andreas, vt si  
statutum Ciuitatis di  
sponat, vt decedeſte fi  
lio sine liberis bona ex  
parte matris habita, cō  
sanguinei ex parte ma  
tris habeant dispositio  
intelligitur, si filius ipſe  
patrem non habuerit,  
doctrinam Isernia se  
quuntur Lucas de Penna  
in l. prima. num. 29. C. de  
imponend. lucrativa de  
script. lib. 10. quem re  
censem, & sequitur Li

parul. ad Andream in d.  
num. 6. lit. C, idem affir  
mat Napodan. in Cōſuet.  
ſi quis, vel ſi qua, nu. 133.  
vers. quid ergo ſi deceſſe  
rit, & nu. 181. vers. quid  
in patre, igitur in tātum  
intelliguntur vocati in  
maioratu, seu fideicom  
missio, de quo discepta  
tur, alij Domini de  
Aquino in vltiori lo  
co positi, in quantum fi  
lij ipsius Don Ioannis,  
vel ipſe non existat ha  
bilis ad matrimonium  
contrahendum, sed iam  
ipfe habilis eſt, vt in  
aperto eſt.

Et erit obſeruandū,  
quod licet Isernia, Lu  
cas de Penna, & Napod.  
36 loquātur in dispositio  
ne statutaria, seu cōſue  
tudinaria, doctrinæ eo  
rum vindicant etiam  
ſibi locum in testatoris,  
vel contrahentis dispo  
ſitione, quoniam validū  
eſt argumentum de le  
ge ad disponentem, l. 4.  
verſic. quemadmodum

C. de

# 38 Io: Dominici Coscia

## C. de verbor. signific.

Duodecimo , in maioratus, seu primogenituræ materia, receptissima est DD. sententia, vt docent Corn. in cons. 199. num. 38. vol. 2. Molina de primogenitura lib. 3. cap. 4. nu. 13. vbi plures ad hoc allegat, & plures alios ibi nouissimi addentes à num. 13.

37 quatuor considerātur, nimirum linea, gradus, sexus, & ætas : attenditur primo linea, vt quatenus ex ea aliqua persona reperiatur, ipsa præferri debeat sine distinctione qualitatū, nec transitus ad alias lineas sit, donec ex eadē descendētes finiantur.

Secundò, gradus consideratur, vt in eo proximiores remotioribus præferantur.

Tertiò, consideratur sexus, vt inter eos, qui eiusdem linea sūt, masculi foeminiis præferantur.

Vltimò, ætas cōsideratur, vt pares linea, gradu, sexu, maior natus præferatur minori. Desumuntur DD. ipsi theoricam istam ex tex. in cap. I. de natur. success. feud. ibi, ad solos, & ad omnes, qui ex illa linea sunt, & ibi, omnibus ex illa linea descendētibus, qui tex. & si in materia feudali loquatur, & in fideicommissis, & maioratis locum sibi vindicat, vt ex Anch. Caſrens. & alijs, concludit Reg. de Pont. in cons. 29. n. 49. apertè desumitur ex tex. in d.l. cum ità, §. in fideicommisso, notatur in l. s. cognatis, ff. de reb. dub. igitur cum in maioratis, & fideicommissis lex

38 primo priuilegiat linéam, secūdo gradum, tertio sexum, & quarto æatem ; non est curandum de gradu, nisi in linea, neque de sexu, nisi in gradu, neque de æate, nisi in sexu, ità Bald.

# Responsum Secundum. 39

in cons. 137. in fine, vol. 2.  
magis in specie *Mari-*  
*nus Freccia de' subfeudis*  
*in tit. de feud. hered. num.*  
22. *Molina in d. lib. 3. cap.*  
6. *num. 50. Lopez, & Ga-*  
*ma*, quos adducunt ad-  
dentes ad *Molin. in d. c. 4*  
*num. 14. vers. de secunda*  
*obseruat.* itaque sequi-  
tur, quod dū Princeps  
Cæsar lineam Don Io-  
annis considerauit, & in  
majoratu ipsum caput  
fecit, absque dubio ip-  
sum prædilexisse vide-

39 tur, cūm ante alios vo-  
cauit, vt in *I. Publius, §.*  
*final. ff. de cond. & dem.*  
*argum. l. quoties, ff. de*  
*vjufruct. sic etiam pari*  
*affectione prædilexisse*  
*eius posteritatem ex il-*  
*la singulari Papiniani*  
*præsumptione in l. cum*  
*acutissimi, C. de fideicom.*  
*& in d.l. Lucius, ff. de her-*  
*redib. instituend.*

Decimotertio, dato  
in hac prima vocatione  
personam Don Ioannis  
non fuisse contempla-

tam, sed filiorum ipsius,  
tamen dum sumus in  
majoratu, seu fideicom  
misso, in quo perpetui-  
tas familiæ ab institu-  
40 tore fuit considerata,  
& etiam inter non no-  
minatos, hæc causa con-  
sideratur, & personarū  
nominatio nominatis  
præcedentiam succes-  
sionis tantum tribuit,  
non verò aliorum non  
nominatorū exclusionē  
operatur, celebris glo-  
in d. §. in fideicomisso, in  
verb. nominati sunt, Mo-  
lina in lib. 1. de primoge-  
nitura, cap. 4. num. 17. &  
32. & sequent. Burgos de  
Paz junior. in prima par-  
quest. ciuil. quest. 2. num.  
121.

Quæ dispositio non  
solum locum habet in-  
ter descendentes fun-  
41 datoris maioratus, sed  
etiam inter transuersa-  
les agnatos, & cognati,  
*Molin. in d. cap. 4. nu.*  
37. & *Burgos in d. q. 2. n.*  
121. in fin.

## 40 Io: Dominici Coscia

Vt iām, alijs leuiori-  
bus omissis, ad iustitiam  
Don Ioānis hæc suffra-  
gatur consideratio, vo-  
catio filiorum Don Io-  
annis tractum successi-  
uum in futurum habet,  
nimirum si nascantur,  
& tempore quo filia-  
Principis Cesaris fuerit  
habilis ad matrimonii  
contrahēdum reperiā-  
tur, igitur si in illo tem-  
pore non reperiantur,  
prout verè non repe-  
riuntur, conditio in ip-  
sum Don Ioannem ve-  
rificatur; aperte hoc p-  
42 batur à simili, licet fi-  
liorum appellatione in  
dispositione hominis  
nepotes non veniant, l.  
quod si nepotes ff. de seſſo.  
susel. tamen si testator  
respexit futurum euē-  
tum, & ignoratur, an il-  
lo tempore filij, vel ne-  
potes sint extituti, ne-  
43 potes continetur, l. Lu-  
cius, secunda busus nomi-  
nis, ff. de baref. inſlit. Ga-  
briel. in conf. 121. nu. 36.  
vol. 1. Peregr. de fidic. or.

22. num. 50. & conf. 32. n.  
19. vol. 2. optimè Pba-  
bus in materia maiora-  
tus loquens, vbi Mol-  
nam, & alios adducit, in  
decis. 104. num. 56. vol. 2.  
ità in difficultate pro-  
posita, licet appellatio-  
ne filij nō veniat pater,  
tamen dum ipse Don-  
Ioannes, & non filij re-  
periūtur, in ipso prima  
dispositio verificatur.

Augetur considera-  
tio, filij Don Ioānis pp-  
ter Don Ioannem con-  
templati fuerunt, vt su-  
prà probauimus, igitur,  
& magis persona Don-  
Ioannis, vt in autb. quas  
actiones, C. de Sacrosant.

44 Eccles. & fauorabilior  
est cauſa proxima, quā  
remota, & de prima  
magis, quām de secun-  
da per dispon entem  
cogitatum videtur, l.  
qui liberos, ſ. hæc verba, l.  
ſed ſi plures, ſ. in arrogato,  
ff. de vulg. & pupill. ſubſl.  
l. ſociū qui, ff. pro ſocio, cō-  
cordantes adducit Reg.  
Valēz. cōf. 113. n. 91. vol. 2.

SV M-

# S V M M A R I V M .

- 1 **D**isponentis voluntas tribus modis certa redditur, nimirum per declarationem ipsius disponentis, secundo per iuris interpretationem, tertio ex urgente disputatio.
- 2 **D**isputando veritas inuenitur, & magis splendet in lucem.
- 3 **P**erfecta donationi nihil addi, aut detrabi potest.
- 4 **C**onditio in donatione apposita, in tertii fauorem reuocari non potest.
- 5 **I**us tertio ex aliquo actu acquisitum, sine facto ipsius tertii ab eo auferri non potest.
- 6 **V**ariatio in prejudicium tertii non permittitur.
- 7 **Q**uod extenditur siue agatur de iure que sit, siue querendo.
- 8 **D**eclaratio qua habet vim nouae dispositionis, non tollit ius alteri que situm.
- 9 **M**aioratus inspecta dispositione iuris communis
- 10 **D**eclaratio ad ipsum spectat, qui dispositionem fecit.
- 11 **Q**ui declarat, nouum actum non facit, sed illud quod in primo contractu continetur detegit.
- 12 **L**icet quis elapsō termino, nouos articulos presentare non possit, potest tamen datos declarare.
- 13 **L**icet Iudec latam sententiam reuocare non possit, potest tamen ipsam declarare.
- 14 **L**icet testis antequam deponat iurare seneatur, tamen quando suum dictum declarat, aliud iuramentum non requiritur.
- 15 **L**icet quis post appellacionem excommunicari non possit, tamen potest excommunicatus declarari.
- 16 **Q**ui declarat, nouum non dicit, sed implicitum dictum explicat.
- 17 **M**elior declaratio est illa,

## 42 Io: Dominici Coscia

- qua ex vicinis scripturis inducitur.
- 18 Declaratio dicitur implicitè esse dispositioni declarata.
- 19 Declaratio retrotrahitur ad tempus declarationis factæ.
- 20 Interpretatio intellectuua dicitur inesse dispositioni, sicut species in est generi.
- 21 Declaratio retrotrahitur ad tempus celebrati contractus.
- 22 Declaratio ius tertio quatuor medio tempore, tollit.
- 23 Licet sub nomine filiorū, comprehendantur filii, & filiae, tamen donans factā donationem filiis, potest declarare intellectuue tantū de masculis, & non de feminis.
- 24 Declaratio non solum admittitur in actibus de se reuocabilibus, ut sunt ultime voluntates; sed etiam in actibus inreuocabilibus, pro ut sunt regulariter contractus, & exempla ponuntur numeri 25, & 26.
- 27 Offenditur, ut non solum habeat locum, in declaratione expressa, verum etiā & in tacita.
- 28 Licet prima inuestitura mutari non possit, potest tamen declarari.
- 29 Declaratio fieri potest, etiam post longum tempus à die celebrati contractus.
- 30 Extenditur ut non solum declaratio possit fieri per alium contractum, verum etiam et in testamento.
- 31 Extenditur etiam, et testamentum in quo declaratio fuit facta deslaretur nullum.
- 32 Ex actu inualido, declaratur etiam voluntas.
- 33 Declaratio coram uno teste fieri potest.
- 34 Licet stipulatio stricti iuris sit, tamen per unum testimoniū voluntas stipulatoris declarari potest.
- 35 Verba dubia instrumenti per Notarium declarari possunt.
- 36 In declaratione facienda, citatio partis necessaria non est.

In

# Responsum Tertium. 43

- 37 In cōnexis inclusio unius,  
est inclusio alterius.
- 38 In contrarijs, inclusio  
unius, est exclusio alterius.
- 39 Verbum dare hereditati,  
vel quote iphus apposita,  
fideicommissum importat,  
quoniam verbum obliquū  
est.
- 40 Condītio, seu modus in  
fauorem tertij apposita re-  
uocari potest.
- 41 Quod ampliatur, & si  
modus in fauorem Eccle-  
siae sit appositus.
- 42 Constituitur differentia,  
inter modum, & condītio-  
nem.
- 43 Si res donata adhuc repe-  
riatur p̄genes donantem,,  
sine contrarietate, condītio  
in fauorem tertij apposita,  
vel modus appositus reuo-  
cari potest.
- 44 Textus in l. perfecta
- donatio, C. de donatio-  
nibus, q̄ sub modo, nō n̄  
vindicat sibi locum, quan-  
do aliquid ex donatione  
nō detrabitur, vel aditur,  
sed quando aliquid decla-  
ratur.
- 45 Aetus qui corrigi non  
potest, valeat declarari, nu-
46. & 47.
- 48 Licet maioratus sit irre-  
uocabilis, tamen declara-  
tio in eo admittitur.
- 49 Maioratus dicitur irre-  
uocabilis, quo ad hoc n̄  
possit in totum tolli, vel in  
aliam familiam transfer-  
ri, sed bene potest transfe-  
ri de una persona ad aliam  
eiudē familie, quod am-  
pliatur eis Regius assen-  
sus in primo peruenit.
- 50 Fideicommissum in con-  
tractibus factum, adhuc  
reuocabile est, num. 51.

## R E S P O N S V M

T E R T I V M.

Vtrum per secundum contra-  
Etum permittatur declarare il-  
lud, quod non clarè in pri-  
mo continetur.

Extraditis in præcedenti articulo. Clarè appare;  
Non Ioannem esse comprehensum in dispositi-  
tione per Principem Cæsarem in anno 1630.  
edita, ità vt alia declaratio facta in anno 1632.  
necessaria non erat, tamen ex abundantí, & ad  
tollendas omnes dubitationes, voluit Princeps  
ipse apertis verbis eam manifestare.

Sed pro dubitandi ratione, & ad tollendas oppositiones, quæ ex aduerso opponuntur, afferendum  
videbatur, declarationem ipsam ipsis Domino  
D.Ioanni, nullo modo prodesse.

**D**isputando ar-  
ticulum, &  
hoc cōsultō,  
quoniam tribus modis  
disponentis voluntas  
certa redditur, vt do-  
cet

# Responsum Tertium. 45

cet Bal. in l. penul. num. 5. in fine, C. de impuber. et alijs substitut. Calcaneus, quem adducit, & sequitur Mantic. de conjectur. vlt. volunt. lib. 3. tit. 2. n. 9.

Primo, per declarationem ipsius disponetis in l. baredes palam, §. 1 et final. ff. de testam.

Secundo, per iuris interpretationem, l. prima, C. de legib.

Tertio, ex vrgenti disputatione, quoniam disputando, veritas inuenitur, & magis splendescit in lucē, cap. graue, 31. quæst. 9. vnde Modestin. Iureconsult. in l. munerum, §. mixta, ff. de munericib. et honorib. inquit, quod notando, & disputando benē optima ratione decreuit.

3 Primo, aduersus Don Ioannem hæc consideratio adducitur in l. perfecta donatio, C. de donat. quæ sub modo, inquit Imperator, perfectæ donationi nihil addi, vel de-

trahi potest, sed primus contractus in 1630. celebratus in fauorem illorum de Aquino iam perfectus, & inreuocabilis fuit, vt in illo legitur, ibi, *Alla quale esso è ignor Princeps ex nunc pro ut ex tunc, vuole che siano donati, e disposti, si comoda mò gli dona, et assegna à suo beneficio.* In qua dispositione ad eius validitatem, & cōfirmationē assensus Regius fuit impetratus. Igitur deinde in anno 1632. non potuit Princeps Cæsar, personam ipsius Don. Ioānis in fideicommisso, & in primogenitura addere.

4 Secundo, recepta est DD. sententia, cōditionem in fauorem tertij in donatione apposita, reuocari non posse, Castrensi in l. §. Insula, §. fin. ff. solut. matrim. et in l. §. pecunia, ff. de conditione causa data, Ioan. Andr. & alij, quos adducit, & sequitur

quitur Suarez in l. quoniā in prioribus. quest. 8. num. 1. C. de in off. testam. Gratian. alios allegans in lib. 1. discept. forens. cap. 403. num. 20. & in lib. 3. cap. 575. à n. 8. Fontanell. de pact. nuptia. par. prima. claus. 4. glos. 9. à n. 4. vbi assumptū ampliat, ut non solum à solo donatore, sed neque communi consensu donatōris, & donatarij reuocari possit, Castell. in lib. 4. controvērs. cap. 5. num. 21. Mieres de maioratu par. prima. quest. 24. num. 24. & sequ. Angulus, Azeued. Mattiēs. & alij, quos nouissime adducit Armosilla ad Greg. Lopez par. 5. tit. 4. glos. 4. l. 8. num. 2. & huius receptae sententiæ fundamētum est in l. quodit. C. de donationib. quæ sub modo, vbi si alicui aliqua res datur, ut post certum tempus ad aliū perueniat, post tempus statim dominū, & possessio ei trans-

fertur, & successiū cū ipsi tertio actio sit acquisita, ei auferri non potest, l. scut. cum cōcordantib, C. de action. & obligat. sequitur ergo, quod dum in prima cōcessione per Principem Cæsarem facta, a ijs Dominis de Aquino sit ius acquisitum, non potuit deinde Princeps Cæsar in secūdo contractu in præiudicium ipsorum, aliquid addere.

Tertiō, aperti juris est, quod licet in aliquibus casib. variatio permittatur, tamen post ius alteri quæsitum variari non potest, cap. no-  
6 stri, de electione, Archid. in cap. certe, 12. quest. 2. & alij plures adducti per Tiraquell. in l. boues, §. hoc sermone, limit. 23. deverb. signif. Peralta in l. 3. nu. 1. ff. de leg. 2. fol. 77. Mieres de maioratu lib. 1. quest. 50. à num. 101. in nouiss. impress.

7 Assumptum vindicat sibi

# Responsum Tertium. 47

sibi locum, & si non re,  
sed spe ius alteri sit ac-  
quisitum, & non facto  
suo, sed alterius, l. final.  
ff. de pact. nouissime Esco-  
bar. in tract. de puritate, et  
nobilitate probanda, par-  
prima, quæst. 8. de iure  
quæstio à num. 131. ubi  
plura iura, & plures au-  
thoritates adducit, sed  
ex primo cōtractu illis  
Dominis de Aquino, &  
si non re, saltem spe ius  
fuit acquisitum, igitur

Quarto, Don Ioānes  
in primo contractu, vt  
aduersarij presupponūt  
nullo modo fuit voca-  
tus, sed tantum in secū-  
do, & successuē secun-  
dus cōtractus prīmi nō  
est declaratiuus, sed no-  
uae dispositionis indu-  
ctiuus, vnde Princeps  
Cæsar secundum cōtra-  
ctum in beneficium D.  
Ioannis in detrimentum  
supradictorū Dominorū  
ruin de Aquino cele-  
brare non poterat, ita  
Paul. de Castro in d. l. bæ-

redes palam, §. final. nu. 4.  
8 ibi, & cum declaratio ba-  
beat vim nouæ dispositio-  
nit, & ideo non tolleret ius  
quæstum, Dec. in l. prima,  
num. 3. C. de impuber. &  
alijs substit. Surd. in conf.  
117. nu. 6. & 22. & conf.  
192. nu. 31. & conf. 196.  
num. 40. & conf. 288. n. 6.  
& in tract. de alimētis,  
iii. 6. quæst. 8. nu. 69. Be-  
cīus in conf. 3. num. 44. &  
conf. 129. num. 86. & Ra-  
landus à Valle in conf. 46  
num. 38. vol. 2. inquiens,  
quod omnes Castrēsem  
sequuntur.

Vltimo, majoratus,  
sive primogenitura, de-  
qua agitur, inreocabili-  
lis est, nam licet inspe-  
cta dispositione legis  
Hispanice majoratus sit  
reuocabilis, sive in vlti-  
mis voluntatibus, sive  
in contractibus consti-  
tuatur. Tribus excep-  
tis casib[us], de quibus in  
l. 17. & 43. & sequ. Tauri,  
tamen de iure commu-  
ni inreocabilis est,

Mo.

# 48 Io: Dominici Cofcia

Molina de primogenit.lib.  
I.cap.12.nu.21. Menoch.  
in cons.126.nu.10. et seq.  
Lopez in l.Tauri.44.n.3.  
Bardellon. in cons.105.n.  
31.vol.2.Peralta in l.3.S.  
qui fideicommissum, à nu.  
120.ff.de legat. 2. Valasc.  
in decis.122.n.17.et sequ.  
igitur non potuit Princps Cesar per secundū  
cōtractum primogenituram in primo consti  
tutam reuocare.

Cōtrariam verò par  
tem nimirum contrac  
tum inhibitum in anno  
1632. non esse nouam  
dispositionem, sed pri  
mi contractus celebrati  
in anno 1630. declara  
toriā, & successiū pro  
delle Don Ioanni in  
maioratu, de quo agi  
tur.

Et esse declarationē,  
& nō nouam dispositio  
nem, indicant expressa  
verba posita in ipso se  
cundo contractu, ibi,  
*Iſo Signor Principe di  
chiara con giuramento, et*

vuole, che succedēdo il so  
pradetto caso,etc. & in alia  
parte, ibi, declarādo qua  
tenus opus eſſet, et in plu  
ribus alijs partibus illius  
contracl̄us.

10 Declaratio enim ad  
ipsum spectat, qui actū  
fecit, & declarando, no  
uum actum nō facit, sed  
illud, q̄ in primo conti  
11 nebatur detegit, l. adeo,  
§. cum quis, ff. de acquir.  
rer. domin. ibi, qui excus  
ſit spicas, non nouam spe  
ciem facit, sed eam, quae eſt  
detegit, l. ſicut, §. ſed ſi qua  
ratur, ff. ſi ſeruitus vindic  
etur, ibi, quia per ſen  
tiam nō debet ſeruitus cō  
ſtitui, ſed quae eſt declara  
ri, l. ſi donare, §. I. ff. de  
donat, inter vir. et uxor.  
ibi, quia tunc factam do  
nationem confirmare vi  
detur, non inchoare nouā.

12 Ex qua propositione  
primo deducitur, vt li  
cet quis per lapsum ter  
mini nouos articulos  
dare non possit, potest  
tamen datos declarare,  
Ioan.

# Responsum Tertium. 49

Ioan. Andr. in addic. ad Specul. in tit. de teste, §. nāc videndum, vers. plus dico, Praef. Vrfin. de succes. feud. par. 2. quæst. 9. art. 2. n. 2.

13. Secundo infertur, vt licet Iudex latam sententiam reuocare non possit, quoniam functus est officio suo, l. prima, C. sententiam rescindi nō posse, l. post sententiam, C. de senten. et interloq. omn. iudic. l. Iudex postquam, ff. de re iudicata, tamen ipsam declarare potest, Ioan. Andr. ubi sup. & in cap. olim, de verb. signific. quem adducit, & sequitur Praef. Vrfin. ubi prox.

14. Tertio infertur, vt licet antequā testis deponat, iurare teneatur, tamen juramentum nō est necessarium, quando suum dictum declarat, Bart. in d. l. baredes palam, §. sed si post, in fin. idem Praef. Vrfin. ubi sup.

15. Quartò infertur, qd licet quis post appellatio nem excommunicari non

possit, potest tamen excommunicatus declarari, cap. pastoralis, §. verum, de appellat. Roman. quem adducit, & sequitur Praef. Vrfin. paulo ante allegatus, in summa declarans, non dicitur nouum ius inducere, sed antiquum declarare, cap. 2. de decimis, in 6. Cardinal. in Clem. si Romanus, de præben. clem. I. in fin. de reb. Eccles. non alien. Aldobrand. in conf. 16. in fin. Paulus de Castr. in d. §. si quis post num. 5. et ibi Imola etiam nu. 5. 16 & qui declarat, nouum non dicit, sed implicitū dictum explicat, Bellamer. in conf. 33. num. 4. & decis. 723. nu. 5. Modan. in decis. 7. in tit. ut lite pēdente, alias est decis. 264. Anchær. in conf. 65. num. 3. Dec. in conf. 423. num. 20. Mieres de maioratu par. prima, quæst. 44. num. 3. in antiqu. impress. et in noua num. 14. Natta in conf. 420. num. 8. Roland.

G in

# 50. Io: Dominici Coscia

in cons. 15. num. 27. vol. 3

Socin. in cons. 73. nu. 10. vol. 4. Barbat. inter cons. Alexandri, 52. num. 26. vol. 4. Surd. in decis. 70. n. 1. Scrader. in consl. 1. num. 372. vol. 1. Coler. de professib. par. prima, cap. 10. à num. 104. concordabtes adducit, & sequitur Valenzuela in d. cons. 23. à nu. 134. assignant rationē supradicti DD. quoniam declarans dicitur solūm detegere, quod inerat in prima dispositione Bald. in cons. 212. num. 1. vol. 5. Bellamera in d. decis. 745. Fulgos. in cons. 147. propè fin. magistraliter Burgos de Paz in proem. legum Tauri, à nu. 356. Castell. in d. lib. 4. q. 56. num.

Conclusio igitur penenda erit, licto iure Principem Cæsarē per secundam scripturam, in fauorem Dom. Ioānis per modū declarationis potuisse primā declarare, vt inquit Reg. Va-

lenzuela ubi sup. nu. 144. 17 per hæc verba, Melior declaratio, qua fieri potest scripture institutionis maioratus est illa, que sumi- tias ex alia scripture per eundem institutorem fa- cta, d. I. heredes palam. S. et si notam, ff. de testam. ibi, utique placeret coniunctio- nem fieri eius, quod reli- quid, vel ex vicinis scrip- turis, t. qui non militabas, S. Lucio Titio, ff. de her. in- situend. t. cobæredi, S. qui discretos, ff. de vulgar. et pupill. substit. ubi Alex- vers. ex isto textu nota, t. sed Julianus, S. sed et si, ff. ad Macedon. Burgos de Paz cons. 2. num. 59. Ha- ctenus Reg. Valenz.

18. Conclusio ipsa supra posita. Primo amplia- tur, vt declaratio adeo dicatur inesse implicitè dispositioni declaratae, vt cum ipsa simul ema- nasse fingatur, Io. Andro. Roman. & aliij, quos ad- ducit Pres. Vrfin. in d. or. 2. num. 3.

Se-

# Responsum Tertium. 5

- 19 Secundò ampliatur, vt declaratio ipsa retrotrahatur ad tempus dispositionis factæ: nam ita inerat dispositioni, vt vna cum ea videatur
- 20 emanasse. Interpretatio enim intellectua, & comprehensiua dicitur dispositioni inesse, sicut species inest generi, gl. Bart. & Angel. in l. prator, 6. i. ff. de nou. oper. nuncio. Alber. in auth. praterea, C. unde vir, & vxor, cum multis similibus adductis per Parisum in cons. 16. num. 26. vol. 3. Aldobrand. in d. conf. 66. nu. 3. Declaratio enim, vt diximus, inesse dicitur, & confringitur emanasse, & ad tempus dicti actus
- 21 retrotrahitur, §. tertio verò Constitutio, authen. de filijs natis ante dotalia instrumenta, latissime Francis. Niger in lib. 2. controuers. cap. 210. n. 14. • Valenz. in d. conf. 23. nu. 138. Addentes ad Molinam de primogen. lib. 1. cap. 9.
- num. 38. ibi, qua declaratio trahitur retro ad tempus donationis.
- 22 Tertiò ampliatur, vt talis declaratio ius tertio medio tempore quæsumum tollat, Paulus de Castr. in d. 5. si quis possit, sub num. 4. vers. multo tates enim Papa facit, Dec. in l. adita, num. 4. vers. ex his insert, C. de edendo in cap. final. sub num. 47. de Constitutionib. Riminal. iun. in conf. 131. sub num. 9. in conf. 200. nu. 13. & conf. 203. nu. 69. & conf. 249. num. 52. Surd. in dec. 29. num. 7. Niger ubi suprà nu. 15. Fontanell. de paci. nupcia. tom. 1. claus. 4. glo. 5. num. 15. Addentes ad Molinam num. 38. concludunt enim Fontanella, & Addentes proximè allegati licere coniugibus post perfectam donationem per eos filijs factam alio instrumento declarare, verbum filijs, intelligendum esse de masculis tantum,

G 3 cum

## 2 Io: Dominici Cofcja

um aliás hoc verbum  
*nasculos*, & foeminas  
comprehendat, idem  
affirmat *Fontanell.* in  
decis. 172. nū. 9. ubi De-  
cianum, & *Mieres*, recen-  
set hoc idem affirman-  
tes.

¶ Quartò ampliatur,  
vt declaratio ipsa non  
dum in actibus, & factis  
ex se reuocabilibus,  
prout sunt testamenta,  
& aliae ultimae voluntä-  
tes admittatur, sed etiā  
in actibus seimel perfe-  
ctis, & ex se inreuoca-  
bilibus, vt sunt contra-  
ctus, & donationes, vt  
singulariter probat *Baer.*  
in decis. 172. inquiens in  
suo Senatu fuisse deci-  
sum, valuisse declara-  
tionem factam per do-  
nante in testamento,  
poenes quem deberet  
esse vesusfructus rerum  
donatarum filijs nō na-  
tis, interim dum nō na-  
scantur: quod in dona-  
tione omissum fuerat,  
cum sequitur idē *Fon-*

*tanella* in decis. 172. n. 8.

26 Idem affirmat *Crauett.*  
in cons. 234. nū. 4. in quo  
consuluit in donatione  
facta per donantem de  
domo, hipotecā nō ve-  
nire, dum ita donās de-  
clarauerit, immo in ca-  
su suo non expressa de-  
claratio concurrebat,  
sed tacita, & declaratio  
valuit, *Crauettā* sequun-  
tur *Mieres* in d. quæst. 44.  
num. 5. & *Valenzuela* in  
d. cons. 23. num. 136. quo  
in loco consuluit *Valen-*  
*zuola* ipse, declarationē  
prīmē institutionis ma-  
ioratus validam esse,

28 quoniam etsi prima in-  
uestitura mutari non  
possit, potest tamen de-  
clarari, sequitur *Fonta-*  
*nella* paulò antè allega-  
tus à num. 10. In summa  
in omnibus actibus, in  
quibus aliquid per viā  
dispositionis non per-  
mittitur, permisum ta-  
men per viam declara-  
tionis intelligitur, vt  
benè probant *Mieres* in  
*dicitur*

# Responsum tertium. 53

dicit quas. 44. per totam,  
& Fontanella ubi proximi-  
mē num. 12.

Quintō ampliatur, vt  
29 ex interuallo, & post  
longum tempus decla-  
ratio ipsa fieri valeat,  
*Bellonius in tract. de his,*  
*qua incontinenti fuit par.*  
*prima, cap. 16. in princip.*  
optimē confert praeal-  
legatum cons. 23. *Valen-*  
*Zuelæ. Præsupponitur in*  
eo, quod in anno 1568.  
quidam titulo donatio-  
nis in fauorem nonnul-  
lorum consanguineorū  
majoratum constituit,  
& ab illis donatio illa-  
fuit acceptata: deinde  
in anno 1569. aliam do-  
nationem fecit, & etiā  
acceptata, & nouissimè  
in anno 1578. siccq; post  
annum nonū à die con-  
stituti majoratus, in suo  
testamento declarauit,  
quinam per ipsum in  
majoratu vocati fue-  
runt, & declaratio illa  
valida fuit.

30 Sexto ampliatur, vi-

non solum declaratio  
per aliū contractum  
fieri possit, verum etiā  
& in testamento, vt in  
d. S. si quis post, bene  
probat Regens Valenzue-  
la in d. cons. 23. à nu. 136.  
qui à num. 140. amplia-  
tionem ipsam extendit  
etsi testamentum, ubi  
31 declaratio ipsa conti-  
netur, inualidum sit,  
quoniam & in volunta-  
te inualida declaratio  
voluntatis valet, l. final.  
ff. de reb. corū, Bart. in  
l. 2. 5. testamentum, num. 2  
32 ff. quemadmodum testa-  
menta aperiantur, Bald.  
Alex. Boer. Matica, Mat-  
tiens. Menochius, Moro-  
tius, & Grammaticus,  
quos idem in eodem  
loco allegat.

33 Septimō ampliatur,  
vt per vnum testē hæc  
declaratio fieri possit,  
*Castrens. ubi sup. quem*  
adducit, & sequitur  
*Cranett. in cons. 73. n. 33.*  
quibus additur *Corn.*  
*Alex. Parisius, Socinus*  
*iunior,*

## 54 Io: Dominici Cofcia

iunior, Gozadinus, Man-  
tica, Bursatus, Mastard.

Simon de Petris, Castrēs.  
& infiniti alij, quos ad-  
ducit, & sequitur Castil.  
in d.lib.4.cap.19. à num.

45.

34 Octauo ampliatur, vt  
stipulatio, quæ stricti  
iuris est, vt in l. quidquid  
adstringenda, ff. de verb.  
oblig. vnius testis dicto  
declarari possit, l. prima,  
§. final. vbi DD. commu-  
niter, ff. de verb. oblig. Pe-  
droca, & alij adducti per  
Castill. vbi sup. num. 50.

35 Nono ampliatur, vt  
si instrumētorum ver-  
ba incertè dubia sint,  
vt Notarij declaratio-  
ni stetur, l. si quis decu-  
rio, in fine, C. ad l. Cornel.  
de Sycar. §. si verò, auth. de  
instrumentorum cautela,  
& fide, glos. in l. à me exe-  
guitore, in princ. ff. de  
appellat. extollit Baldus  
in singularibus, in verb.  
not. & plures alij hanc  
doctrinam confirmant,  
quos adducit Burgos in

proem. legum Tauri, num.  
309.

36 Decimō ampliatur,  
vt nulla in hoc alicuius  
citatio requiratur, vt  
benē p̄ plura hoc pro-  
bat Scraderius in cons. I.  
num. 374. vbi Calcaneū,  
Abb. & alios allegat, &  
Franciscus Niger in dicta  
controvers. 295. num. 32.  
lib. 2.

His positis ex amplia-  
tionibus, & illationibus  
suprà adductis, aperte  
desumitur potuisse Prin-  
cipem Cæsarem in se-  
cundo contractu volū-  
tatem suam in benefi-  
cium Don Ioannis de-  
clarare: eò fortius, q̄  
in ipso primo cōtractu  
hanc facultatem decla-  
randi sibi reseruauerit,  
vt ibi legitur: E debbia  
maritarſi con uno dell'i-  
figli dell'i detti Signor Don  
Iacou: Secondo del detto  
Signor Don Francesco:  
Terzo del detto Sig. Don  
Giovanni similmente loro  
fratello: Quarto, del Sig.  
Don

# Responsum Tertium. 55

Don Giovanni d'Aquino.  
Principe de Pietra Polci-  
na. Quinto, del Sig. Don  
Tomaso d'Aquino Princi-  
pe di Santo Mango. Sesto,  
del Signor Tomaso d'A-  
quino. Et settimo, del Sig.  
Ladulfo d'Aquino, di mo-  
do che non hauendo figli  
l'uno, passi all'altro succe-  
ssivamente, & ordinata-  
mente con la detta prero-  
gatiua ad electione però di  
detto Sig Principe, con  
quale dell'i figli di dette  
case, hauendone più d'uno  
debbia, e voglia accasarla.

37 Et licet electio sit re-  
seruata respectu filiorū  
ipsius Don Ioannis, &  
aliorum suprà vocato-  
rum, intelligitur etiam  
respectu ipsius D. Ioā-  
nis, & reliquorum, quo-  
niam sumus in conne-  
xis, & non in contrarijs.  
In cōnexis enim inclu-  
sio vnius, est inclusio al-  
38 terius, & non exclusio,  
vt in l. prima, C. de diuers.  
rescript. ubi Bal. ex illo  
textu, hoc assumptum.

desumit, & regula in-  
clusio vnius esse exclu-  
sio alterius, in cōtrarijs  
procedit, vt in cap. nonne  
de presumptionib. docet  
Bald. in p̄a allegata l. pri-  
ma.

Secundò, intētio D.  
Ioannis ex alio firma-  
tur. Dispositio Princi-  
pis Cæsar is in primo cō-  
tracto facta, fuit fidei-  
commisum, & successi-  
uè reuocabile, vt indi-  
cant verba etiam illa-  
in contractu apposita,  
*Che non volendo così far-  
lo, la sua heredità sia ag-  
grauata, si come da mò per  
all'hora, & è contra detto  
Signor Principe l'aggraua  
à duc. 300.m.li quali bab-  
biano à donarsi, e vadano  
in beneficio della persona  
a chi spettava di casarsi cō  
detta Signora, secondo la  
presente dispositione, alla  
quale esso Sig. Principe ex-  
nunc pro ex tunc, vuole  
che siano donati, e disposti,  
si come da mò li dona, &  
assegna in suo beneficio.*

Ver-

## 56 Io: Dominici Cofcia

Verbum enim *detur*, 39 seu *dare*, est verbum obliquum, quando ha-reditati, vel parti ipsius adicitur, & fideicommissum importat, *I. fundi Trebelliani*, *vbi glos. ff. de usufructi. legat. I. eo modo, ff. de legat. I. Bart. in l. Centurio*, *num. 45.* & *ibi Ripa num. 185 ff. de vulg. & pupill. substit. Bald. in l. final. sub num. 24. C. de Sacrof. Eccles. & in tract. de subst. in materia com-pendiosa substitutionis, n. 36.* *Caccialupus, Odus, Aretin, Guilielm. de Be-nedictis, Molina, Petrus de Gregor. Capell. Tholos. Bolognet. & Alex. Tren-tacing. quos adducit, & sequitur Intrigiol. de communi testimonium faciens de substitutione-ribus centur. 3. quest. 33. num. 2. Fusarius in eod. tract. de subst. quest. 24. num. 7.*

Tertio, suffragatur Bartoli doctrina com-muniter recepta in l.

40 qui *Rome, S. Flauius. ff. de verb. oblig. vbi concludit, vt si donatio sit fa-cta Titio, vt post eius mortem alteri rem do-natam restituat, vt do-nas ipse ante adimple-mentum modi possit mo-dum ipsum reuocare, idem affirmat Bart. in l. ff. seruus, ff. de seru. aspor-tand. Imola in cap. potuit, n. 68. de locat. & conduct. Alexand. in d. S. Flauius, num. 8. Roman. in l. sed si hac, S. prostituta, à num. 3. ff. de in ius vocando, Bald. in l. cum à socero, num. 5. C. de iur. dot. & in conf. 337. num. 2. lib. I. Socin. in conf. 115. num. 12. lib. 4. vbi de communi te-statur Ias. in l. final. n. 5. C. de patris, idem in dict. S. Flauius, num. 14. & ibi Socin. num. 16. Gabriel. in lib. 3. commun. conclus. tit. de donat. conclus. 5. nu. 1. Molina, qui alias ad-ducit lib. 4. de primogeni-tura, cap. 2. num. 74. Pater Molina in disp. 265. vers.*

# Responsum Tertium. 57

exceptis, Iulius Clar. in S.  
donatio, num. 13. in fine,  
Diez in regul. 211. Duen-  
na in regul. 216. Andreas  
Abbesea in rubr. de pac*t.*  
num. 143. Couarr. in lib.  
1. variar. resolut. cap. 14.  
num. 7. Vasqu. controvers.  
vsufrequentium, lib. 3.  
Mieres de maioratu lib. 1.  
quest. 4. num. 28. Boer. in  
decis. 312. Trentacing. in  
lib. 3. variar. resol. in tit. de  
donat. resolut. prima, n. 13  
Surd. in decis. 209. à n. 13  
vbi inquit non esse cu-  
randum de contrarium  
tenentibus, & cons. 150.  
num. 102. vbi hanc esse  
magis communem opi-  
nionem testatur, &c in  
cons. 305. nu. 40. & 351.  
num. 35. & cons. 409. nu.  
num. 13. Mantie. de tacit.  
conuent. lib. 13. tit. 48. à  
num. 8. Gratian. in lib. 1.  
discept. cap. 49. num. 4. &  
c. 575. vbi plures alios  
adducit, Cancer. variar.  
resolut. par. 3. cap. 8. de  
donat. num. 31. vbi de  
magis communi testa-

tur, Armosilla ad Greg.  
Lopez par. 5. glof. 4. l. 8. n.  
1. fol. 261. sic fuisse deci-  
sum, testatur Faber in  
suo Cod. tit. de donat. quæ  
sub modo, diffinit. 2. qui  
omnes suprà allegati  
41 DD. Bartoli doctrinam  
extēdunt, et si modus in  
fauore Ecclesiae sit ap-  
positū, nam adhuc per  
donātem reuocari po-  
test.

Et licet multi sint cō-  
trà Bartolum, quos sup.  
in secunda ratione in  
contrarium adducta re-  
censuimus, tamen DD.  
ipsi in casu Bartoli lo-  
quuntur, nimirum in  
puncto l. quosies, C. de  
donat. quæ sub modo, sit  
què in donatione non  
conditionali, sed modali;  
modus enim nō im-  
pedit emolumenti ac-  
quisitionē, vnde prius  
debet adimpleri dispo-  
sitio, & deinde modus,  
l. ab eo, ff. de contrab. empli.  
42 l. prima cum seq. C. de bis,  
quæ sub modo relinquun-

H sur,

## 58. Io: Dominici Gofria

sur, Bar. in l. quibas diebus, §. Termilius, ff. de condit. & demonstr. alios adducit Parlador. in ses qui centur. rer. quotidiani. diffe. 147. nu. 7. sed di- spositio Principis. Ces- saris conditionalis est, nimirum, si filia cū erit nubilis ætatis cum illis in fideicommisso voca- tis, matruorum con- trahere noluerit, condi- tio enim dispositionē suspendit, ita vt actio, & obligatio sit in pendēti, donec conditio adim- pleatur, & cedere diem, ff. dī verb signif. l. cum in- secund. ff. de iniust. rupt. & irrit. fact. refam. glof. in l. prima, C. ac bis que sub modo relinquuntur, Bart. in l. prima, ff. de- cund. & demonstr.

43 Augetur cōsideratio, fideb in casu proposito per Bartol. nonnulli sunt contra eum, quoniam res donata nō erat amplius in posse donati, sed donatarij, vt

aperte legitur in dicta l. quosies, vnde ex eo de- sumunt Scribentes, non valere donantem mo- dum appositiū iuris ut re- tertij reuocare, sed in qua- stione nostra iam- res fideicommisso subiecte reperiebātur in posse Principis Cesaris, & successiū extra dit- ficultatem fuit permis- sum fideicommissum declarare, immo & po- terat in totum reuoca- re, vt per plura iura, & doctrinas, concludit Ia- son in dī. Flavius, n. 18.

Et licet diligenter per- pensis rationibus, vt su- prā adductis ad opposi- tiones suprā adductis responsio desumatur, men et clarior est hu- sius, supradicta firmata redi- datur, ad singulas parti- culariter respondebi- mus.

44 Ad primum nimirum ad tex. in dī. perfecta do- nation. donationi perse- Et nihil addi, aut de- tra.

## 58 · Io: Dominici Coscia

